Druck: Pez-Hueber, Thesaurus anecdotorum novissimus VI 269f. Nr. 20.
Erw.: Georgisch, Regesta II 1153 n. 60 ad a. 1451.

---

1) *Ehningen bei Böblingen; s.o.* Nr. 2039 *Anm. 3.*
2) *Die Verzichturkunde von 1451 X 15 ist inseriert, B. Heinrich von Konstanz gab aber erst 1452 VIII 25 seine Zustimmung; Pez-Hueber VI 270f. Nr. 21; das dort fehlende genaue Datum im Or.:* STUTTGART, *HStA, A 486 Urk. 79; s. auch Rieder, Regesta IV 195 Nr. 11641.*
3) *S.o.* Nr. 2039*; dazu auch* Nr. 2107.

1451 Dezember 18, Stuttgart. **Nr. 2107**

Iohannes de Westernach *und* Heinricus Tegen, decr. doct., *Pröpste der Kollegiatkirchen zu Stuttgart und Sindelfingen in der Diözese Konstanz. Allgemeine Kundgabe als von NvK in nachstehender Sache spezialdeputierte Exekutoren und Kommissare. Sie bestätigen den Übergang der Benediktinerpropstei St. Marien zu Güterstein auf den Kartäuserorden und die Inkorporation von Pfarrkirchen, namentlich Ehningen, in die Kartause.*

Or., Perg. (zwei gleichlautende Exemplare, je zwei anhängende Siegel): STUTTGART, *HStA, A 486 (Güterstein) Urk. 16 und 74.*
Kop. (um 1460): STUTTGART, *HStA, H 14, 119^{a} f. 102^{r}–103^{r}; (18. Jh.):* STUTTGART, *HStA, H 14, 119 p. 39–41. Zu den Hss. s.o.* Nr. 2039.
Druck: Pez-Hueber, Thesaurus anecdotorum novissimus VI 262f. Nr. 15.
Erw.: Georgisch, Regesta II 1153 n. 61 ad a. 1451; Schön, Geschichte der Kartause Güterstein 162; Rieder, Regesta VI 174 Nr. 11420.

Conradus de Mŭnchingen, *Prior des Kartäuserhauses zu Güterstein, habe ihnen das nachfolgende Schreiben des NvK vorgelegt. (Folgt* Nr. 2039.*) Da alles, so wie dargelegt, der Wahrheit entspreche, bestätigen sie seiner Bitte gemäß die Translation und die Inkorporationen (usw. wie in* Nr. 2039*). Zeugen:* Matheus Wirtemberger de Vlma *und* Balthasar Sartoris de Stutgarten, arcium liberalium magistri *und Priester der Diözese Konstanz.*

1451 Dezember 20, Köln.[1]) **Nr. 2108**

NvK an alle Christgläubigen in der Diözese Mainz. Er gewährt ihnen den Jubelablaß und teilt die einzelnen Bedingungen mit.

Kop. (15. Jh.): FRANKFURT, *Stadtarchiv, St. Peter und Dreikönig 39, 33 (= F).*
GIESSEN, *Univ.-Bibl., Hs. 768 f. 221^{r}–223^{v}. Zur Hs. s.o.* Nr. 2001*; doch steht* Nr. 2108 *im Unterschied zu den bei* Nr. 2001 *genannten Stücken zusammen mit* Nr. 2109 *auf einer gesonderten Lage und fehlt wie* Nr. 2109 *in der Hs. 818 (= G).*
(zu 1452 III 8): MARBURG, *StA, Hanau, Ruralcap. Roßdorf, 1451 Dez. 20; durch* Ludouicus Reynhelt, cellerarius et camerarius *in Aschaffenburg, mit dem Or. verglichene Abschrift. Zur Zweckverwendung s.u.* Nr. 2349 *(= M).*
(in der Kundgabe durch Eb. Dietrich von Mainz Nr. 2180 *von 1452 I 10; Kop. 15. Jh.):* WÜRZBURG, *StA, Mainzer Ingrossaturbücher 26 f. 175^{v}–176^{v} (alt: f. 195links–196links) (= W); (davon Kop. 16. Jh.): 28 d f. 219^{r}–220^{v}.*
Erw.: Brück, Nikolaus von Kues in Mainz 35f. (mit falschem Datum nach W; s.u. Anm. 1).

Ad nos summopere spectat diligentissima cura circa populi salutem vigilare et graciosissimis eciam attraccionibus omnes fideles nostre legacioni subiectos deo devotos efficere. Sane nuper nobis

1 summopere: summo opere *FG*

---

1) *Die Datierung* septembris *in W ist ein offensichtliches Kopistenversehen.*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

reverendissimi in Christo patris et domini domini Theoderici archiepiscopi Maguntini oblata peticio continebat, qualiter multinumero sancte ecclesie sue Maguntine territorii et dominii incole ac eciam alias in ipsa diocesi Maguntina habitantes saluberrimas anni iubilei proxime consumati indulgencias devotissime poscebant, quibus tamen propter remotam viarum distanciam et plures alios diversos respectus nimis inconveniens et pergrave fuisset Romam propterea adire. Quare nobis humiliter supplicavit, quatinus auctoritate apostolica nobis desuper concessa omnibus incolis dicte sue Maguntine diocesis aut territorii sive dominii eiusdem sue ecclesie, qui se per visitaciones ecclesiarum, abstinencias et elemosinas seu eciam competentem contribucionem ad pias causas iuxta nostrum moderamen et ordinacionem ac alias per veras confessiones et contriciones tante gracie capaces facerent, preciosissimum divine misericordie thesaurum communicando plenariam remissionem omnium peccatorum concedere dignaremur.

Nos itaque attendentes petita in maximam christifidelium Christo devotorum consolacionem, animarum salutem et ecclesie sancte dei edificacionem cedere, premissis reverendissimi domini archiepiscopi Maguntini devotis precibus inclinati ad laudem et gloriam dei huic supplicacioni quo ad diocesim et territoria sive dominia eiusdem sue Maguntine ecclesie absque tamen revocacione prius per nos concessarum indulgenciarum pie annuimus, modo tamen et forma sequentibus, videlicet:

quod omnes incole sive habitatores diocesis Maguntine aut dominii sive territorii ecclesie Maguntine vere confessi et contriti a die publicacionis infra festum Purificacionis fiende usque ad octavas Pasce proxime futuras opidum Friczlariense aut opidum Aschaffenburgense dicte diocesis accesserint[2]) et per tres dies ecclesias per reverendissimum dominum Maguntinum nominandas ibidem devote et cum hoc ecclesiam suam parrochialem per duodecim dies omni die semel similiter *usw. wie* Nr. 1005 *Z. 26 bis* tali quadraginta *usw. wie dort Z. 27–29 bis* quartas extra ieiunia ab ecclesia indicta a carnibus *usw. wie Z. 30–31 bis* limina Romana sanctorum Petri et Pauli apostolorum accessissent, ad truncos sive capsas in ecclesiis dictorum opidorum deputandos piis et divinis usibus iuxta sanctissimi domini nostri pape et nostram atque diocesani ordinacionem applicandam reposuerint, plenariam *usw. wie Z. 32–34 bis* Nicolai vicarii *usw. wie Z. 35 bis* assequantur, consciencie cuiuscunque contribuentis relinquentes, quantum pro medietate talium expensarum contribuere debeat.

Similiter consciencie pauperum, qui parum aut nil habent contribuere, relinquentes, ut eciam minus aut nil propterea contribuere possint, dum tamen prescriptam penitenciam fecerint.

Persone vero legitimis et racionabilibus obstantibus impedimentis Friczlariam aut opidum Aschaffenburgense non valentes accedere loco huiusmodi peregrinacionis ultra premissum adhuc duodecies parrochialem suam ecclesiam visitabunt.

Et si qui eciam parrochialem suam ecclesiam causante infirmitate visitare non possint, indulgemus, ut eorundem curati cum illis dispensare *usw. wie Z. 47–48 bis* commutare valeant.

Item quod cives et incole dictorum opidorum Friczlariensis et Aschaffenburgensis confessi et contriti teneantur ecclesias deputandas vigintiquatuor *usw. wie Z. 50 bis* ieiunare contribuereque prout *usw. wie Z. 51.*

Sacerdotes vero seculares, premissam volentes assequi indulgenciam, ultra premissa duodecim *usw. wie Z. 54 bis* diaconi veri et *usw. wie Z. 54 bis* teneantur. Quod si ob certos defectus facere nequiverint, cuiusvis confessor in aliud pium opus habeat immutare. Religiose autem persone *usw. wie Z. 56–57.*

Hii vero, qui Rome in iubileo fuerunt, si ob maiorem *usw. wie Z. 58–59 bis* istas velint assequi indulgencias, ad premissa exemplo aliorum obligati sint, dempto quod ad contribucionem talem non astringantur.

Item volumus, quod illi, 'qui' inceperunt penitenciam huiusmodi, eciamsi 'moriantur ante complecionem penitencie, nichilominus' eandem 'plenariam' indulgenciam 'consequantur' *(s. Z. 112–114).*

---

3 Maguntini: Maguntini nobis *GM* 4 sancte *fehlt W* 10–11 moderamen et ordinacionem: ordinem et moderamen *F* 15 sancte *fehlt F* 17 et: sive *F* sive: et *F* tamen *fehlt F* 23 semel *fehlt W* 25 apostolorum *fehlt W* 26 ecclesiis: ecclesia *F* 27 reposuerint: exposuerint *F* 28 assequantur: consequantur *W* 31 propterea *fehlt F* dum: dumtaxat *F* 34 parrochialem suam: suam parrochialem *F* 35 *ebenso* possint: possent *GM* 36 eorundem: eorum *M* 38 contribuereque: contribuere *F*

---

[2]) *Vgl. hierzu auch* Nr. 2109.

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

Insuper de speciali *usw. wie Z. 68–69 bis* nostri mandato declarando adicimus infrascriptas personas a percepcione indulgenciarum pretactarum exceptas et exclusas, quia *usw. wie Z. 70–71.*

Primo *usw. wie Z. 72–74 bis* professionis sue non *usw. wie Z. 74–77 bis* inobedientes.

Omnes eciam usurarii *usw. wie Z. 82–83 bis* alia dampna *usw. wie Z. 83–87 bis* peccatis huius gracie sunt incapaces.

Volumus igitur, quod ille persone *usw. wie Z. 88–93 bis* graciam hoc anno consequendi. Et caveant *usw. wie Z. 93–94 bis* salvatorem nostrum, quod *usw. wie Z. 95 bis* nichil accidere poterit horribilius.

Ne igitur fideles ipsi, qui prefatas indulgencias assequi desideraverint, in absolucionibus suorum peccatorum in aliquo negligantur, prefato reverendissimo domino archiepiscopo presencium tenore committimus, ut in dictis opidis de consilio clavigerorum subtus nominatorum de confessoribus ydoneis viris approbatis et deum timentibus provideat, qui si religiosi fuerint, 'probate vite' et de observancia professionis existant. Qui eciam in reservatis apostolice sedi absolvant *usw. wie* Nr. 1549 *Z. 37–40 bis* resarcito. In symonia in beneficio commissa se non intromittant, sed tales ad dominum priorem monasterii sancti Iacobi prope muros Maguntinos ordinis sancti Benedicti ad hoc per nos specialiter deputatum remittant, qui, facta prius composicione super fructibus male perceptis pro apostolica camera per eum conservandis, beneficii resignacionem recipiat, postea absolvat, iniuncta bona penitencia, et si videbitur, abilitet dispensando et de novo conferat.

Item in absolucionibus inpendendis caveant ipsi confessores, quod non dispensent, sed tantum absolvant, sedeantque in ecclesia principali opidi illius, ubi fuerint deputati.

Nec aliquid a confitentibus recipiant; nam eis providere curabimus. Et si quis contra hec ipsis confessoribus quidquam pro confessione audienda dederit, ille huiusmodi indulgencie particeps esse non debet.

In symonia in ordine per pactum sive contractum commissa ille, qui in symonia in beneficio commissa absolvendi potestatem habuerit, absolvat.

Item *usw. wie* Nr. 2090 *Z. 24–26 bis* remittant.

Committimus eciam ipsi reverendissimo domino archiepiscopo, ut in dictis opidis truncos sive capsas ad reponendam contribucionem prenarratam faciat ordinari atque poni cum clavibus diversis. Et duas ex clavibus in Aschaffenburg committimus unam venerabili abbati sancti Stephani Herbipolensis ordinis sancti Benedicti, aliam dicto priori sancti Iacobi prope muros Maguntinos. Alias duas tradat, cui velit ipse dominus archiepiscopus. Duas vero in Friczlaria unam committimus domino abbati, aliam priori in Bursfeldia ordinis antedicti. Et alias duas tradat, cui velit ipse dominus archiepiscopus. Quos clavigeros in posicione capsarum presentes esse volumus.

---

62 se non: non se *F* 64 fructibus *fehlt W* 69 nam: sed *W* 70 indulgencie: gracie *W* 78 dicto: domino *F* prope: extra *F.*

⟨1451 Dezember 20 / 1452 Februar 2.⟩[1]) **Nr. 2109**

Kundgabe[2]) über die von NvK auf Bitte des Eb. von Mainz festgesetzten Bedingungen für die Gewinnung des Jubelablasses im Gebiet der Diözese Mainz und in den Ländern der Mainzer Kirche.

Kop. (15. Jh.): Giessen, *Univ.-Bibl., Hs. 768 f. 223[v]–224[v] (im Anschluß an* Nr. 2108 *und von derselben Hand).*

Ad peticionem reverendissimi domini nostri archiepiscopi Maguntini reverendissimus dominus N. cardinalis legatus concessit plenariam remissionem omnium peccatorum omnibus in districtu diocesis Maguntine et terris ecclesie Maguntine moram trahentibus sub modo et forma, ut sequitur:

Primo prefati incole ad opidum Aschaffenburgense aut opidum Friczlariense infra festum Purificacionis et octavas Pasche se transferent, ibidem per tres dies ⟨ad⟩ ecclesias per dominum nostrum archiepiscopum deputandas visita⟨tu⟩ri, xl[ta] Pater noster qualibet vice dicturi, x scilicet pro defunctis, x pro universali ecclesia et papa, x pro rege Romanorum et domino loci et x pro peccatis propriis, et ibidem confessoribus deputandis confessiones suas facturi. Quibus confessoribus nil dabunt confitentes sub pena amissionis gracie iuxta ordinacionem specialem dicti domini legati. Et ex

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.